



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vom Lobe des alten Sachsens, nun Westfalen genannt

Rolevinck, Werner

Köln, 1865

Capitulum 9. De spectabili institutione huius provinciae. / Capitel 9. Von der trefflichen Einrichtung dieses Landes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9126

Capitulum IX.

De spectabili institutione huius provinciae.

Sanitas orbis terrarum est congregatio iustorum, et antiqua prudentum sententia est, quod, qualis rector civitatis est, tales sint habitantes in ea. Quia igitur Karolus divus princeps erat vir potens, prudens et clemens, ideo ministros huiusmodi suo lateri sociavit, quorum auxilio et consilio fretus cuncta, quae gessit, ad laudabilem finem perduxit. Obtenta igitur Westphalia, viros nobiles et christianissimos introduxit, sapientia insignes, armis strenuos ac pietate redimitos, qui tam verbo quam exemplo populum noviter conversum ita spectabiliter instituerunt, ut proprio nomine quasi abolito viri boni appellarentur. Habet enim hoc praeclara virtus, ut generalem titulum honoris suis facile imponat cultoribus. Vidi plures de hac prosapia ramusculos, quibus parentum probitas tanta inerat, ut boni saporis et odoris vinum, id est fama laudabilis, longius diffunderetur et cunctos inebriaret. Hercule iurarem, si fas est, me totiens ex animo delectationem novam concipere, quotiens illorum inclitorum domicellorum memor sum, quantam humilitatem, fidelitatem, modestiam, affabilitatem gratiamque proximis impendant, et praesertim subiectis sibi. Novi quendam in statu illo, quod difficile est, paene perfectorum monachorum devotionem obtinuisse. Quocumque enim se vertebat, iugiter submurmuravit, velut timore dei ebrius, dicens: Decem praecepta dei, decem praecepta dei!

Alter quidam cum crebro in obsequio civitatis cuiusdam equitaret ad diaetas tenendas, et rogaretur, ut stipendia ex more susciperet, ait: Absit hoc a me, dilecti filii; ego abundo et libenter vobis gratis servio, ne paupercola communitas gravetur. Scio

9. Kapitel.

Von der trefflichen Einrichtung dieses Landes.

„Der Gerechten Menge ist das Heil der Welt,“ und ein alter Spruch der Weisen lautet: „Wie des Staates Regent ist, so sind dessen Bewohner.“ Weil also Karl, der erhabene Fürst, ein gewaltiger, kluger und gnädiger Mann war, so nahm er sich solche Diener zur Seite, auf deren Hülfe und Rath gestützt er alles, was er that, zu einem glücklichen Ende führte. Nach Westfalens Unterwerfung setzte er edele und sehr christliche Männer dahin, die, ausgezeichnet durch Weisheit, tüchtig in Waffen und durch Frömmigkeit geschmückt, durch Wort und Beispiel das neubekehrte Volk so trefflich belehrten, daß sie, den eigenen Namen gewissermaßen verlierend, nur „die guten Männer“ genannt wurden. Es hat nemlich herrliche Tugend das eigene, daß sie denen, die sie üben, einen allgemeinen Ehrentitel beilegt. Ich habe mehrere Abkömmlinge dieses Stammes gekannt, auf die der Ahnen Rechtschaffenheit in dem Maße übergegangen war, daß ihr löblicher Ruf, wie edelen Weines Duft, sich allenthalben hin verbreitete und alle wie berauscht machte. Wahrlich, wenn es nöthig wäre, könnte ich es beschwören, daß ich eine innige Freude empfinde, so oft ich jener gepriesenen Edelherrn gedenke, welche Demuth, Treue, Bescheidenheit, Leutseligkeit und Gnade den Nächsten zu Theil werden lassen, und zumal ihren Untergebenen. Ich kannte einen dieses Standes, der, was doch schwer ist, fast die Andacht vollkommener Mönche besaß. Wo er auch immer sein mochte, murmelte er, wie von Furcht vor Gott berauscht, vor sich hin: „Die zehn Gebote Gottes! die zehn Gebote Gottes!“

Ein anderer, welcher oft im Dienst einer Stadt ausritt, um Ständeversammlungen beizuwohnen, sagte, als er ersucht wurde die üblichen Tagegelder in Empfang zu nehmen: „Das sei ferne von mir, liebe Kinder! Ich habe Vermögen genug und diene euch gern ohne

unumquemque difficulter satis suum panem promereri. Comitem altum quendam scivi, virum utique supremæ probitatis, cui hoc pro insperata gloria imputabatur, quod, cum in odibilibus officiis crebro fuisset, semper gloria invidiam vicit. Nescio an erat Samueli par aut maior in hoc genere gubernandi plebem, an non. Deficiet me tempus, si cuncta retexere volo, quæ deus per hos francigenas bona fecit terræ huic. Sed utinam quidam non aberrarent a vestigiis patrum!

Et nunc quidem ad Monasteriensem dioecesim, in qua natus sum, stilum verto, cui ut arbitror nulla altera in tota Westphalia secunda est. Omnibus populosior, latior, ditior, potentior, gloriosior narratur, nec aliquam ecclesiam in omnibus provinciis, ubi fui, repperi tam ordinate institutam, sive in aedificiis, sive in redditibus, utensilibus ecclesiasticis, ornamentis ac modo regiminis. Prima eius fundatio est, ut de genere domicellorum illic canonici habeantur, quibus eligendi episcopum ac principem auctoritas donata est. Ex his vidi devotos et humiles viros, atque adhuc unum superstitem scio tantæ religiositatis, ut veraciter credam, multis monachis de regulari observantia eum non imparem, sed forte sanctiorem.

Princeps autem ille sic electus sub se habet comites, barones, nobiles domicellos, ac servos curiales plurimos, pro defensione patriæ ac causis tractandum atque decidendum. In spiritualibus prelatos solito more iuxta ecclesiasticum ritum ad omnem copiam. In substantia temporalium deputatos habet ab olim duodecim maiores officarios cum curiis suis distinctis in circuitu ecclesiæ et civitatis Monasteriensis adiunctis sibi scultetis numero quadraginta octo, qui simul faciunt cum eis sexaginta præfectos substantiæ pontificis, iuxta exemplar Salomonis regis Israel, præbentes alimoniam principi per singulos dies, unusquisque in mense suo.

Entgelt, damit die arme Commune nicht belastet werde. Ich weiß ja, wie schwer es manchem fällt sein Brod zu verdienen." Auch kannte ich einen gewissen Hogueven, einen Mann von höchster Redlichkeit, dem es zu einem ungehofften Ruhme angerechnet wurde, daß er, da er doch oft mit unliebsamen Geschäften zu thun hatte, immer durch Ehrenhaftigkeit den Neid besiegte. Ich weiß nicht, ob er nicht in dieser Art das Volk zu regieren Samuel gleich oder gar noch größer war. Es würde mir an Zeit fehlen, wollte ich alles aufzählen, was Gott durch diese Frankensprößlinge dem Lande Gutes erwiesen hat. Schade freilich, daß einige von dem Wege ihrer Väter sich verirren!

Und so wende ich mich denn nun zum Bisthume Münster, in welchem ich geboren bin und dem, wie ich meine, kein anderes in ganz Westfalen gleichgestellt werden kann. Es gilt für volkreicher, größer, wohlhabender, mächtiger, ruhmreicher als alle anderen, und ich habe noch in keinem Lande, wo ich gewesen bin, eine so wohl geordnete Kirche gefunden, sei es an Gebäuden, an Einkünften, Kirchengerschaften, Ornamenten, sei es an Verwaltung. Nach der ersten Stiftung sind die dortigen Domherren adeliger Herkunft und besitzen das Recht, den Fürstbischof zu wählen. Unter ihnen habe ich fromme und demüthige Männer gekannt, und noch jetzt kenne ich einen von so großer Frömmigkeit, daß ich in Wahrheit glaube, daß er vielen Mönchen strenger Observanz nicht nur nicht ungleich ist, sondern sie vielleicht noch übertrifft.

Der auf diese Weise gewählte Fürst hat Grafen, Barone, edele Junker und sehr viele Hofdiener zur Bertheidigung des Landes und zur Behandlung und Entscheidung von Rechtsachen unter sich, für geistliche Angelegenheiten in gewohnter Weise nach kirchlichem Brauch Prälaten in aller Fülle. Was die zeitlichen Güter anlangt, hat derselbe von jeher zwölf Oberhofbesitzer mit ihren besonderen Höfen im Umkreise des Stiftes und der Stadt Münster nebst achtundvierzig ihnen zugeordneten Schulden, die mit jenen zusammen sechzig Verwalter des bischöflichen Vermögens ausmachen, nach dem Muster des Königs Salomo in Israel, welche dem Fürsten jeden Tag, ein jeder in seinem Monate, die Nahrungsbedürfnisse zu liefern haben. So lange dies so

Haec dum ita servabantur, omnes divites et felices fuerunt, nullusque locus querelae aut iurgiorum patuit, sicque famosa haec observantia facta fuit ac celebris, ut divae memoriae sanctus Engelbertus, archiepiscopus Coloniensis, martyr hanc observantiam in sua metropolitana dioecesi introducere moliretur, licet sancta morte praeventus ac martyrio coronatus id exsequi nequiverat. In eius namque legenda sic habetur, quod duodecim scultetos per dioecesim constituere voluit, quibus redditus suos commendaret, ut ipse spiritualibus vacaret ac causis magis necessariis liberius intenderet. Quam pulcher ordo, ubi singula membra agunt, quae sua sunt, et a divino regimine discrepant in nullo! Quam sit autem irrationabile et deo ingratum transferre terminos, quos statuerunt patres nostri, sacra scriptura testis est ac aliae historiae sanctae, praesertim ubi aliquid committitur in praeiudicium sive damnum proximi. David enim cum iniuste privasset Mysiboseth paterna hereditate, graviter punitus legitur, quia teste Lyra ob hoc nepos suus Roboam undecim tribus sive ducatus amisit. Et ita de multis legitur.

His exemplum recens superaddo, quod oculis vidi, auribus audivi. In praefata dioecesi Monasteriensi cum quidam in episcopum ex more electus fuisset de genere comitum et omnia castra plena repperisset, nescio quo spiritu tactus, duas curias officiaras heredibus abstulit contra voluntatem ipsorum, redditus tamen quibusdam aliis, licet non aequivalenter. Putabat enim se iuste hoc facere potuisse. An autem peccavit, an non, domino deo committo. Hoc unum scio, quod ab infantia, quam cito intelligere potui verba, tot maledictiones in populo habuit, tot turpia obloquia, ut dicere non sufficiam. Scio eundem crebro infirmatum et in florida aetate vita functum. Fuit alias princeps bene providus, pacificus et in pluribus commendabilis. Post eum germanus suus electus erat, qui nullo pacto possessionem obtinere potuit, licet

gehalten worden ist, waren alle reich und glücklich, und es gab keinen Anlaß zu Klage oder Streitigkeiten, und es ward diese Observanz so berufen und berühmt, daß der heilige Märtyrer Engelbert seligen Andenkens, Erzbischof von Cöln, sie auch in seiner Erzdiöcese einzuführen beabsichtigte, was er jedoch, überrascht von einem heiligen Tode und der Märtyrerkrone, nicht mehr ausführen konnte. In seiner Legende ist nemlich zu lesen, daß er zwölf Schulden in seiner Diöcese hat anordnen und ihnen die Verwaltung seiner Einkünfte übertragen wollen, damit er für geistliche Dinge Zeit gewänne und sich desto ungestörter wichtigeren Angelegenheiten hingeben könnte. Welch schöne Ordnung, wo alle Glieder verrichten, was ihnen obliegt, und von der göttlichen Verwaltung in nichts abweichen. Wie unvernünftig es aber sei und der Anordnung Gottes zuwider, die Grenzen zu überschreiten, die unsere Väter gesetzt haben, davon geben die heilige Schrift und andere heilige Geschichten Zeugniß, besonders wenn etwas zum Nachtheil oder Schaden des Nächsten geschieht. Als David den Nysiboseth mit Unrecht des väterlichen Erbes beraubt hatte, wurde er, wie man liest, hart bestraft, weil, nach Lyra's Zeugniß, deshalb sein Enkel Roboam eilf Stämme oder Herzogthümer verlor. Und ähnliches ist von vielen zu lesen.

Dem füge ich ein Beispiel der Jetztzeit hinzu, das ich mit eigenen Augen gesehen und erlebt habe. Als in dem vorbenannten Bisthume Münster ein gewisser Bischof gräflichen Stammes in hergebrachter Weise gewählt worden war und alle Burgen gefüllt fand, nahm er, ich weiß nicht von welchem Geiste ergriffen, den rechten Erben zwei Diensthöfe gegen ihren Willen ab, gab ihnen aber dafür andere, die jedoch weniger werth waren. Er glaubte nemlich daß er das mit Recht habe thun können. Ob er darin gefehlt habe, oder nicht, überlasse ich Gott dem Herrn. Das aber weiß ich, daß ich von früher Kindheit an, als ich eben Worte zu verstehen im Stande war, so viele Verwünschungen des Volkes ausstießen und so schmachvolle Reden gegen ihn führen hörte, als ich kaum zu sagen vermag. Auch weiß ich, daß er häufig kränkelte und in blühendem Alter dahinstarb. Sonst war er ein recht umsichtiger, friedfertiger und in vieler Hinsicht lobenswerther Fürst.

maxima pars domicellorum cum multis principibus in circuitu partes eius adiuverat. Verum quo iudicio haec facta sint, discutere non valens ad pristinam sententiam securus recurro, sciens quod eadem mensura remetietur unicuique, qua ipse aliis mensus fuerit, et sicut unusquisque facit, sic fit illi. Ait enim sanctus et illustrissimus Gregorius super Ezechielem homilia sexta: Hoc nos debemus exhibere proximis, quod indignis nobis a creatore nostro conspicimus exhiberi. Oportet sic fieri nobis, sicut aliis facimus. Hanc aut consimilem sacrae scripturae admonitionem et avisationem ad multa similia posse referre arbitror, felicemque fore, quem aliena pericula cautum faciunt. Sententiam notabilissimam olim memorabilis Solinus protulit, qualiter videlicet Roma a conditionis suae anno DCLX turpi inopia praecipuas suas partes auctionabatur, et quo plura rapuerat, eo infelicior extiterat. Ait enim: „Consideret tunc Roma tempora sua, cum quasi inexplebilis venter cuncta consumens et semper esuriens cunctis urbibus, quas miseris faciebat, ipsa miserior nihil relinquens nihil habebat, et stimulo domesticae famis ad continuationem bellicae inquietudinis aut civilis exactionis trudebatur.“ Qui habet intellectum, calculet numerum dioecesis nostrae, et si a gloria primaevae institutionis usque ad hunc numerum aliquid simile repperit, vigilantius penset, ac ne peioro succrescant, diligentius invigilet opicemque periculis opponat.

Nach ihm wurde sein Bruder gewählt, der auf keine Weise zum Besitz gelangen konnte, obschon der größte Theil der Adeligen und viele Fürsten ringsum seine Parthei unterstützt hatten. Da ich aber nicht zu entscheiden vermag, durch welche Fügung das so gekommen ist, so berufe ich mich unbedenklich auf einen alten Spruch, wissend, daß jedem mit demselben Maße wird gemessen werden, womit er andern gemessen hat, und daß jedem geschieht, wie er selbst gethan hat. Es sagt nemlich der heilige und hochberühmte Gregor in seiner sechsten Homilie über Ezechiel: „Wir müssen uns gegen unsere Nächsten so erweisen, wie wir sehen, daß der Schöpfer, obschon wir es nicht werth sind, sich gegen uns erweist. Uns muß geschehen, wie wir an andern handeln.“ Ich glaube diese und ähnliche Mahnungen und Warnungen auf vieles derartige beziehen zu dürfen, und daß derjenige glücklich sein werde, den fremde Gefahren vorsichtig machen. Einen sehr bemerkenswerthen Gedanken hat einst Solinus ausgesprochen, daß nemlich Rom im Jahre 660 nach seiner Erbauung aus schimpflichem Mangel seine wichtigsten Provinzen verpachtete, und je mehr es geraubt hatte, desto unglücklicher geworden war. Er sagt nemlich: „Es möge Rom seine früheren Zeiten beachten, wo es, gleich einem unersättlichen Wanst, alles verschlang und immer heißhungrig allen Städten, die es, selber elend, unglücklich gemacht hatte, nichts übrig ließ, und doch selbst nichts hatte und durch den Stachel innerer Hungersnoth zur Fortsetzung kriegerischer Unruhe und Bürgerverbannung getrieben wurde.“ Wer Einsicht hat, beachte die Jahreszahl unserer Diözese, und wenn er von der ersten Gründung an rechnend etwas ähnliches findet, möge er es sorgend erwägen und, damit nichts schlimmeres erwachse, sorgsam wachen und der Gefahr einen Riegel vorschieben.